

est Christi corpus essentiale, apud vos exorta est controversia: & non possum satis mirari, quae ratio aliquos ex vestris moveat, ut hoc tempore, quo de hac re contenditur passim, ita loqui volint, aut ita loquentes, probent. Nam si panis essentiale Christi corpus est, eoque illud negat Sacramentum, neque solum corpus post hac dici debere existimo. Itaque damnari merebitur crudita Vetustas, quae olim ex conimuni totius Ecclesiae sententia istis vocabulis Coenae Mysteriorum ususuit. Nec video quid Papistis respondeamus, qui transubstantiationem fieri contendunt, quam necessario admittere oportebit, aut in eodem subjecto panem simul & Christi corpus constituere. Et quod tu quoque annotaris, si quisquis panem illum ederit, is corpus CHRISTI essentiale edet, sive ille digne sive indigne ad mensam accedat. Et quae causa nos à Lutheranis illis crassioribus dissentire jubet, eandem cum illis loqui & dicere volumus. Quoties ego locutiones ejusmodi audio, toties in mentem mihi venit Dominus Bullingerus, qui Substantia & Essentia vocabula Ecclesiae fatalia esse dicebat, & omnibus saeculis contentione materiae fuisse: quae omnino sequi necesse est, quando phrasae in Ecclesiam introducuntur, quae inter pretationibus novis indigent. Sed plura de hac re dicere neque mihi per otium licet, neque tibi opus est. Deum precor, ut is passim contentiones sopiat, ut unum & idem omnes sentiant atque loquantur. Quid in Belgico fiat, diu non audivimus. De pace Gallia varij sermones sparguntur. Legati regii, qui in Helvetiam degunt, nos bene sperare jubent de Regis voluntate. Sed agnosco Miracorum istorum voces, qui quod ab Heris suis docentur, loqui solent. Ego regem nihil pro Ecclesiis futurum puto: nisi quod facere coeatur. Et video cordatiores quosque in metu & solitudine esse. Nam Joan. Casimiri equites & pedes sua petulantia, rapacitate & crudelitate multorum animos à religione abalienaverunt. & hac praecipua causa esse putatur, ob quam civitates insensiores Evangelij praedicationem publicam nolunt admittere: & sunt in nonnullis Christiani homines, qui contenti securitate & pace, quae illis domi privatim conceditur, publica exercitia non petunt. P. Amillan quoque, qui primus politicorum causam suscepit, & Occinatae regionis gubernator est, nostris nulla data occasione iniquissimus esse fertur. De Navarreno quoque multa sparguntur, quae sibi non probant. Condam lenitas multis suspecta est, qui se hominibus non bona fidei regendum praebet. Sed haec ego non miror, qui gentis is huius vanitatem novi & regnum Christi scio non esse de hoc mundo, idcirco armis huius saeculi neque ereri, neque conservari. Cui quid habes de Belgicis rebus & alys, quae nos scire referat, fac quaeso intelligamus. Venetis postis vehementer grassatur, & in dies centeni, vel etiam plures moriuntur. Itaque mercatorum officinae clausae sunt, & tristis solitudo per urbem cernitur. Accedit metus à Turcis, qui classem maricommisisse dicuntur: quam vis hoc multi fumentum esse putent. Salutem ex me dicas Ecclesiae vestrae minis, fratribus mihi plurimum observandis. Vale vir praesantissime. Tiguri 24. Augusti. Anno nati Christi 1. 5. 7. 6.

Cum hac obsequare vellent, redduntur mihi tuae litterae, quas 20 Junij scripsisti, ad quas non puto pluribus respondendum esse, cum ferè ea attingas, de quibus in prioribus scripsisti. Carmina tua D. Beza mittam, ut se patronum habere sciat in extremis Saxoniae oris. Vale iterum.

IN CHRISTI.

Non suppeti mihi copiosum argumentum, & uterque nostrum varie distrabitur: scribendum tamen est aliquid ad hominem conjunctissimum Jacobum Dylum, quem praeter ceteros amo. Ac primum quidem scias velim valere uxorem & liberos, tum autem me quoque satis prospera valetudine esse. Deo sit gloria. Tibi etiam tuisq; spero res secundas esse. De te in missis scripturis aliquid huc Eurroch fuit ab Erasmo, id quale sit, nolui quaerere, ne curiosior viderer. Si quid est: Deus vobis benevolentiam suam multiplicet, multumq; vobis boni largiatur. Non est bonum (ait Dominus) virum esse solum: bonum est & igitur adjuce viri vitam sociam, qua onus ferat pariter, quaeq; in unam quasi personam coalescat. Laus Verus nos ter semel cum sua conjuge, post meridiem ad me venit, forte aderat Eurroch qui eum huc euntem praevidebat: Colloquuti una horula sumus, non admodum ad rem pertinentia, Deinde prandi cum eo apud Kenkely Matrem, qua me vocat illius causa post illum diem, etsi diutiuscule hic haesit non est visus mihi, quum ad cenam aliquando cum cum sua dilecta vocassem: respondit sibi suaeq; apud Consulem coenandum esse, junctq; non assectarer, me vicissim neglexit. Non solet enim cultura juvenibus ducenda esse, gaudeo si quid olim ei benefeci, neque mihi aliquid ab eo gratiam referri postulo. Non enim id feci gratia causa: Eundem magnas turbas annis nostris Mensoni Altingo, & Polyandro dederunt ad dicati quidam à societate Galliae Ecclesiae, qui non modo Magistratum illius urbis: sed etiam comitem Johannem concitavunt adversus fideles illos Christi ministros. Vereor ut vim ferro queant: Res certe nunc posita est in acie non acula. Sed ex ipsorum litteris eam rectius cognoscetis, cum ad exitum fuerit deducta. Me sane vehementer commovet, neque quidam audiivi indigent. Si quid Polyandro acciderit mali, ut inquam Fortunam plerumque iniqua judicium sequuntur, non potero hic ego tam aequanimiter, quam quotidianos impeto sustinent, qui saepe ejus rei causa impotentes me adorti sunt, accuratè defendentes, non esse in Ministrorum potestate prohibere quicquam.

Mr. 221
 in
 Eurroch
 E. H. per.
 a. 12.
 Nr. 260
 galliae

quemquam sacris, neq; ad ipsorum officium pertinere. Quam opinionem ego quod potui conatus sum
 fundere: fratibus illis rationibus. Taffini quas nuper descripsi ad me misisti: sed pertinax hoc hominum genus est
 usque ad oculum. Petunt ostendi sibi expressum Dei mandatum. Respondet. Sp. S. mandatum est. Cui senon
 probavit non manducet 2 Cor. 11. Hoc ajunt Mandatur singulis non mandatur ~~immo~~ Minis tris, nisi quatenus
 ipsi quoq; sunt homines singuli. Quasi non sitis ling; & verbi & Sacramenti ab illis Tratores, & simul etiam
 singulorum animarum ves tri gregis Curatores, Severissimo Domino rationem reddaturi. Verum unde in hanc
 rixam incedi? gratias ago vobis quod mihi sit datum in Scholastico pulvere consensere. Nam in his regio-
 nib; nulla bona conscientia possem Ecclesie minis trare. In Schola mihi promise R. Senatus, & nuper con-
 firmavit conscientia, Doctrina & Reginis libertatem, Numerum discipulorum majorem: quam nunc nunq;
 habui. Haberem eum etiam uberiorem, si nancisci possem Adolescentem aliquem numerandi scribendiq;
 peritum. Bremensium enim pueri, fere navigationi & negotijs destinantur. Poco mane syntax: Gram-
 cum Demosthenis orat. Nona Dialect. Petri Rami. Prima hora Accronis disputati nem de Optimo
 genere oratorum. Ita 4 horis lego nunc, ut olim solebam, neq; quidquam remitto de mole, tra gubernationis.
 Scis qualem correct. habeam. Et quimus (Ajunt) quando ve volumus non licet. Pedit mihi Deus au-
 mita, crudam quaudam viridemq; senectam, in qua me mors aurem vestians, non opprimit (spero)
 imparatum: quotidie enim eam exspecto. Tu quoq; mi frater spem habes in Deo, multum ejus misericordia
 coiffus. Groningum Bremensem quem tibi timide commendaram, audio a Doct. Alotano discessisse, quod
 equidem indigne fero, & mecum stomachor cujus commendationes plerumque huc pertinent: ut incutiant
 aliena mihi pudenda pudorem. Instat alioqui apud me trescegey Tyrone bonarum artium, ut in proxi-
 mam aetatem vobis commendentur. Unus jam biennium studuit Rostochy: duo alij Wueberga. Cuid faciam?
 sunt a me instituti fideliter: volunt Ecclesie servire, fortuna ipsis tam ampla non est, ut in tanta hujus tem-
 poris difficultate sumptibus necessarijs superesse possint. An decet me is deesse? Vide quaso vir humanissime
 nuncijs ejusmodi bona spei adolescentib; in angulo quopiam locus esse possit? Non sicut prorsus inopes: sed
 tamen s'portula est opus, ut sufferre tantos sumptus possint. Scio quam plurimas esse isthic ejusdem beneficij
 petaces: Sed non ex quovis ligno fit Mercurius. Vale Sexto Idus Novembr. 1.5. 76 ante lucem? Brema?
 puerorum custos, amicus tuus perpetuo
 Johannes A. Lolanus.

ITA CHRISTI

Video mi frater & vehementer doleo, isthic quoq; bonarum rerum secum inverti. Vide unius
 No. 272) viri virtus quid faciat, quo volut columine subducto (ut in putri edificio omnia eodem motu
 convulsa corruunt. Recte Lucanus. Oin s' tate summis reb; ait, negatum esse. Deus quidem, ut bene-
 ficentia fons perennis, benefaciendo nunquam defatigatur: Sed hominum perveritate fit & perfidia,
 (=Maer. ut ille perpetuus tenor benignitatis diutius ad eosdem promanare non possit. Iniquitates no-
 2. 92- Cant Prophetas) prohibuerunt bonum a nobis. Verum enim vero, quisquis istius illusterrimi Principis
 No. 261) his immortalis pietatem ante oculos ponat meliora ominabitur, concludet enim: quod tali praside
 per totam ditionem, tot annis disseminatum est CHRISTI Regnum, & radices egit, & corroboratum
 est, id non continuo quamlibet turbulenta tempore concideri aut dissipari posse. Quaeunque a
 Patre est plantatio, ea revelli non potest. At vero istum praedare memoria Principem etiam ut
 amuli, tum quoq; quam videret, fatabantur, divinitus excitatum fuisse, no hoc, ut amputatis cor-
 ruptis in sua Germania, tam doctrinae quam Exemplo plantaret: & late propagaret Evangelij
 sinceritatem. Quamobrem (ut ego mihi semel confido) si modo manserunt Doctores conjuncti, neq;
 prima statim ostione de fidei constantia deiciantur, nequaquam futurum est, ut pps Sacerdo-
 tibus solo loco fuffis: (Quod Wueberga accidit) clamosi Thersita surrocentur, & Saxonica Barbaries
 in doctrina disciplinaq; elegantis possessionem irradat. Si quid tamen fore putiamini: humanum
 erit, neq; supra vires. Fidelis enim est Dominus. Qui ornavit vos fide: etiam invita perseve-
 rantia dono vos ornabit. Ego quoq; hic affligor: quia revere soleo a doctrina de sacra Caena, ut
 alienas a simplicitate verborum CHRISTI: sophisticas determinaciones (sic enim vocant)
 Essentiale, substantiale, Naturale. Abominari ling; Deas soleo, quibuscunque tandem Em-
 plastris molliantur. Non habent Hypotyposm τὸν ὁμοιωτικὸν λόγον, quam retineri man-
 dat Apostolus tanquam formam atq; animam salutaris doctrinae: sed sunt xerose scriptae
 quib; horribiliter lacerata fuerunt Ecclesiae & Scholae omnib; temporib; & nunc quoq; non minus
 atrociter lacerantur: qua nisi jam olim (quod omnes scimus) in possessionem verborum Sacrae
 Caenae recepta fuissent. Adolum transubstantionis & abominatio consubstantiationis nunquam in
 Ecclesia Iesu Christi existissent, qua duo maxime mortifera Daemonia nonne manserunt & per-
 dunt sine modo & sine misericordia, optimos quoque Fratres nostros & pyssimas Sorores
 per

M. Jacobo
D. J. J. J.

manant